926 In aliquibus . . . . parietum ruinis, qui semiruti remansere, videas mira Romanorum artificia; velut est in Lugabalia civitate triclinium lapidum fornicibus concameratum, quod nulla unquam tempestatum contumelia, quin etiam nec appositis ex industria lignis et succensis valuit labefactari: *Cumberland* vocatur regio et Cumbri vocantur homines, scripturaque legitur in fronte triclinii:

MARII VICTORIAE

Quod quid sit haesito, nisi forte pars Cimbrorum olim his locis insederit, cum fuissent a Mario Italia pulsi GUILELMUS Malmesburiensis de gestis pontificum Anglorum l. III prol. (ed. Lond. 1596 fol. p. 147).

Luguvallium . . . regis Guilelmi Rufi auspiciis denuo reflorescere coepit . . . . . 'Tunc', ut habet Malmesburiensis, 'visum erat triclinium Romanum ex lapidibus, fornicibus concameratum, quod nulla unquam tempestatum contumelia, aut ignium flamma labefactari potuit, in cuius fronte inscriptum erat MARII VICTORIAE'. Hunc Marium aliqui Arviragum Britannum esse voluerunt, alii Marium illum fuisse contendunt . . imperatorem . . . Accepi tamen in nonnullis exemplaribus concipi non *Marii Victoriae*, sed, quod fortasse nonnullis magis arrideat et ad veritatem propius accedere videatur,

MARTI VICTORI

Camden ed. V (1600) p. 641 (inde reliqui Burton *Anton. itin.* p. 118; Donat. 11, 25 'ex schedis Petri Gnocchi'; Hodgson 2, 3 p. 222; Jefferson *Cumberl.* p. 329; Gilpin Gorst *assoc. journ.* 7, 1852 p. 159, qui male collocat in *Rere Cross* prope *Stainmoor* Westmorelandiae).

Quod Camdenus in nonnullis Guilelmi exemplaribus concipi dicit, fortasse sua ipsius tantum coniectura protulit, sed quam maxime probabili.

927 *Carlisle*, rep. a. 1861 in *English Street* una cum n. 928. Basis oblonga, longa ped. 2 dig. 6, alta ped. 1.

MATRIB ⊕ PARC · PRO SALVT
SANCTIAE ⊕ GEMINAE

Bruce Archaeol. Ael. 6, 1861 p. 52, *gent. mag.* 11, 1 1861 p. 529, *wall* p. 406; *the Reliquary* 2, 1861, 12 p. 54; C. R. Smith *gent. mag.* 2, 1866 p. 470; descripsit etiam A. W. Franks.

928 *Carlisle*, rep. a. 1861 *on the premises of Mr. Thomas Blair, English Street.*

PARCIS ⊕
PROBO
DONATALIS
PATER · VS
5 L · M

Bruce Archaeol. Ael. 6, 1861 p. 52, *gent. mag.* 11, 1861 p. 521, *wall* p. 406; *the Reliquary* 2, 1861/2 p. 54; C. R. Smith *gent. mag.* 2, 1866 p. 470. Accepi etiam descriptam ab A. W. Franks et delineatam a F. W. Scotby (per Forsterum Carleolensem).

2 *pro bo(no)* legit Bruce, fortasse recte, nisi *Probo* nomen est patris Donatalis. Usui magis convenit pro filio patrem, qui nomen gentilicium suum tacere potuit, votum fecisse.

929 *Carlisle*, rep. a. 1860 in *English Street.* Est lapis oblongus, longus ped. 5 dig. 3, altus ped. 1 dig. 5, litteris elegantibus.

LVCA
PRAEF ALAE AVGVSTAE
PETRIANAE TORQ ∞ C R
D D

Hugh McKie *archaeol. journ.* 17, 1860 p. 74; Bruce *gent. mag.* 8, 1860 p. 346, *wall* p. 271; Whellan *Cumberl. and Westmorel.* append. p. VI.

V. 2 initio unius tantum litterae spatium extat; unde Luca patria hominis est, non cognominis Lucani initium.

. . . . *Luca, praef(ectus) alae Augustae Petrianae torq(uatae) (miliariae) c(ivium) R(omanorum), d(onum) d(at)*

930 Rep. in agro prope *Carlisle.* Servatur apud Robertum Ferguson, *Merton.* Fragmentum latum ped. 3 dig. 5, altum ped. 2.

feminae stantis pars inferior
D M
ANI · LVCILIE VIX · AN · LV

Ferguson *assoc. journ.* 21, 1864 p. 84; *Gent. mag.* 14, 1864 p. 341. 2 LVCILIE traditur.

931 *Carlisle*, cippus rep. a. 1829 *in cutting down Gallowhill, a mile south of this city;* altus ped. 5 dig. 4, latus ped. 2 dig. 9. Servatur in *Newcastle* in museo.

Mulier tunicata
et lacerna tecta
stans, d. volumen
(aut lacernae partem?), s.
florem tenens
D · M · AVR · AVRELIA · VIXSIT
ANNOS · XXXXI ⊕ VLPIVS
APOLINARIS CONVGI CARISSIME
POSVIT

C. Hodgson Archaeol. Ael. 2, 1832 p. 419 (inde Jefferson *Cumberl.* p. 323); Hodgson 2, 3 p. 222; Bruce Archaeol. Ael. 1, 1857 p. 252; *catal.* p. 32, 106; Whellan *Cumberl. and Westmorel.* p. 140.

V. 1 *Aur(elia) Aurelia* traditur; sed voluit fortasse quadratarius *Aureliana.*

932 *Carlisle, found* (a. 1828) *in a part of the west wall of the city, near the Black Friars, which fell down when Mr. John Taylor was deepening a vault close to it, which he had purchased of the Corporation of Carlisle; on two fragments of the upper part of a headstone, . . much injured, and the lower part of it wanting; . . . in the possession of Mr. C. Hodgson, architect, Carlisle.*

lunula
d. M·
AVR SENECITA
V·AN··N·MEN·I
FORTVN.....

Hodgson 2, 3 p. 221.

3 l. *v(ixit) an(no) [u]n(o) men(se) I.*

933 *Carlisle*, rep. in *Grey Street.*

. . . M
. . . . RIVS

Ferguson *archaeol. journ.* 21, 1864 p. 88.

LVI. GABROSENTVM?,

STATIO PER LINEAM VALLI DECIMA QVINTA

(Burgh-upon-Sands).

Accedunt *Beaumont, Cross, Dykesfield, Kirkandrews, Kirkbampton, Longburgh.*

Stationum valli maxime versus occidentem sitarum collocationem certam vel paene certam, nomina autem incerta esse supra exposui (p. 104). Ita dubitanter tantum hic Gabrosenti nomine uti licet; certa autem sunt castrorum vestigia in *Burgh-* (sive *Brough* aut *Brugh*) *upon-* (sive *on-the-*, sive *on-*) *Sands* (cf. Goughs Camden p. 425. 441; Hodgson 2, 3 p. 221; Maclauchlan *memoir* p. 81; Bruce *wall* p. 299). Titulus militaris ibi unus tantum prodiit *alae Tungrorum* memoriam referens (n. 941), nam *cohortis I Nervanae Germanorum* (n. 937) in vicino *Beaumont* repertus est. Praeterea legionis sextae saepius (n. 939. 940. 942) mentio facta est, cuius etiam legatus memoratur (n. 940); vicesimae semel (n. 943). Contribui cum titulis in ipso *Burgh* repertis non multis (n. 934. 935. 941. 944) locorum vicinorum et ad vallum sitorum item paucos. Nam a *Kirkandrews* per *Beaumont* ad *Burgh-upon-Sands* et deinde versus occidentem usque ad *Dykesfield* valli vestigia certa sunt; loci reliqui, quos supra enumeravi, *Cross, Kirkbampton, Longburgh* a vallo versus meridiem siti sunt.

Tituli hi omnes uno excepto (n. 941) post HORSLEIUM demum, qui unum tantum novit eumque inutilem (n. 945), innotuerunt; plurimi auctoribus recentissimis, HODGSONI et BRUCIO, debentur. Ipse nullum eorum vidi.